

ETA SIGMA PHI 75th Annual Latin Translation Contest (2025)

Advanced Latin

To be written as an examination, under supervision, within a maximum of two hours. No lexicon or other help is permitted. Please write in ink on every other line of the paper provided. The only identification on the contest papers should be your pen name.

In this excerpt from his *Historia Regni Henrici Septimi Regis Angliae*, Francis Bacon describes how Henry became king and the many alleged crimes of his predecessor. Glossed words are marked in bold.

1 Postquam Richardus eius nominis Tertius, de facto rex sed titulo et regimine tyrannus, atque
2 ita **hucusque** appellatus et habitus, ultione divina **exulis** expeditionem fortunante, in praelio
3 apud Bosworth victus fuisset et interfectus, successit ei in regno **comes** Richmondiae, exinde
4 rex Henricus Septimus appellatus. Rex, statim a victoria, ut qui sub matre **admodum** pia et
5 devota, educatus fuisset, atque naturae suae ductu sacris operandis deditus esset, canticum
6 Te Deum cantari solenniter iussit, toto exercitu praesente, in loco ipso ubi pugnatum fuerat.
7 Ipse autem, magno applausu et laetis acclamationibus, militari quadam electione aut
8 recognitione rex est salutatus. Interim corpus Richardi post multas iniurias et contumelias
9 (quae pro commemorationibus funebribus et exequiis plebi versus tyrannos esse
10 consueverunt) obscure sepultum est. Etsi enim rex ipse, qua fuit nobilitate, fratribus
11 monasterii de **Leicestriae** mandasset ut honorifice humaretur, attamen religiosi ipsi (a vulgi
12 affectibus haud immunes) hoc facere neglexerunt. Neque tamen propterea ullius
13 reprehensionem aut censuram subierunt, cum nemo ullum ignominiae aut contumeliae genus
14 in eum virum iniuriosum fuisse existimaret, qui propriis manibus Henrici Sexti (principis
15 innocentissimi) carnifex fuisset; qui necem etiam fratris sui **Clarentiae ducis** procurasset;
16 qui nepotes suos primo iuventutis flore (quorum alter eo tempore rex eius erat legitimus, alter
17 quoque in futuro, si aliquid fratri contigisset) occidisset; qui denique gravi infamia laborasset,
18 quod uxorem suam veneno sustulisset ut ad incestuosas cum **nepti** sua nuptias lectum
19 **sterneret**. Quanquam autem princeps fuisset in militari virtute probatus, atque honoris
20 Anglici assertor strenuus, legislator item bonus, in **levamen** et **solatium** vulgi, tamen
21 omnium opinione longe virtutibus et meritis eius praeponderabant patricidia et scelera. **Quin**
22 **et** opinione prudentium ipsae illae virtutes habitae sunt potius pro rebus affectatis et fictis, ut
23 ambitioni suae **velificaret**, quam pro **dotibus** naturae suae aut iudicio **insitis**.

ETA SIGMA PHI 74th Annual Latin Translation Contest (2024)

Advanced Latin

Notes and Vocabulary:

2	
hucusque	until now
exulis	= Henricus VII
3	
comes	<i>comes, comitis</i> n. earl
5	
admodum	<i>admodum</i> very
11	
Leicestriae	<i>Leicestria, -ae</i> f. Leicester, a city in England
15-16	
Clarentiae ducis	"Duke of Clarence," a title occasionally given to a junior member of the English royal family
19	
neptis	<i>neptis, neptis</i> f. niece
sterneret	<i>sterno, -ere, stravi, stratum</i> stretch out, overthrow, smooth
20	
levamen	<i>levamen, levaminis</i> , n. solace, consolation, mitigation
21	
solatium	= <i>solacium</i>
22	
quin et	<i>quin et</i> and furthermore
23	
velificaret	<i>velifico</i> (1) sail; earnestly strive for
24	
dotibus	<i>dos, dotis, f.</i> gift
insitis	<i>insero, inserere, insemi, insitum</i> sow, plant